Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0004-7
DFG

1779.

1. Hommelius, Christianus Gottlieb: De mariti successione in bona uxoris utensilia statutaria ac communia

2. Hommelius, Christian Gottlieb: De jure mariti in bona uxoris adhuc viventis utensilia

2A Hommel – Meyer

3. Kluegelius, Ernestus Gottfr. Christianus: De libello in processu civili ordinario offerendo.

4. Kluegel, Ernst Gottfried Christianus: De documentorum recognitione generali et speciali.

5. Kluegel, Ernst Gottfried Christianus: De divisione ejus, quod in ultima voluntate relictum est cognatis proximioribus simul cum remotioribus, utrisque nomine collectivo, successoribus nominatis

6. Krausius, Georgius Fridericus: De praesidiis auctorum veterum in explicando jure praesertim Romano.

7. Wiesandius, Georgius Stephanus: Observationes juris Romani et Saxonici.

1780.

1.a Antonius, Conradus Gottlob: Novam loci I. Samuel VI. 19. interpretandi rationem . . . proponit et vitas virorum . . ., quibus summi in philosophia honores . . . tributi sunt, enarrat.

1.ba Boden

1780 1bb Boehmer
1c Reinhard

2. Schmid, Carolus Ferdinandus: De ratione principiorum juris naturae cur dit multis visum sit posse asignvendi idemque cur unicum esse debeat.

3a Schmid Carolus Ferdinandus: De utilitate juris naturae

3b Triller 3c Triller-Witt 3d Wernsdorff

4. Wiesandius, Georgius: Observationes juris Romani et Saxonici

5. Wiesandius, Georgius Stephanus: Observationes juris Romani et Saxonici.

6. Wiesandius, Georgius Stephanus: Observationes juris Romani et Saxonici

1781.

1. Hommelius, Christianus Gottlieb: De jure patronatus dispenso et ad principem devoluto

2. Kluegel, Ernst Gottfried Christianus: De recognitionis documentorum recusatione

3. Kluegelius, Ernestus Gotof. Christianus: De bona fide in praescriptione et usucapione necessaria

4. Pauli, Martinus Gottlieb: De poena stupri.

5a Trillerus, Daniel Wilhelmus; Ord. med. - - Decanus: panegyrin med. indicit praem. exercitatione med. crit.: De Brassica, puerperio ipso festo amphidromiorum die, in commodum, alimentum et salutare simul remedium oblata atque apposita.

5b Wiesandus, Georgius Stephanus: Ord. juridici - - Decanus: lectori benevolo salutem (ad disputationem Joannis Gottfredi Zilli invitat.) 5c Wiesand-Kleinkempel

6. Wiesandus, Georgius Stephanus: De duellis secundum mores Germanorum antiquos eorumque jura novissima.

1782.

1. Hommelius, Christianus Gottlieb: De usuris quincunce bes- majoribus licitis

2. Kluegel, Ernestus Gottfr. Christianus: De lite sine appendice contestanda

3. Kluegel, Ernestus Gottfr. Christianus: De fide sponsalitia

4. Kluegel, Ernestus Gottfried Christianus: De furto ferarum ejusque poena.

5. Kluegel, Ernestus Gottfr. Christianus: De litiscontestatione

6. Kluegel, Ernst Gottfried Christianus: Theses juris controversae.

7. Langguth, Christianus Augustus: De cura qua res publica prosequi debeat rem obstetricam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0007-4

8. Menckenius, Joannes Augustus Ludovicus: De Judaeo jurisjurandi suppletorii haud incapace.

9. Pauli, Martinus Gottlieb: Ord. juridici. -- decanus lectori benevolo s. p. d. (ad disputationem inauguralem Joannis Augusti Ludovici Menckenii invitat)

10. Reinhardus, Joannes Carolus Gebhardus: Ord. juridici. - decanus. (ad disputationem inaug. Friderici Gottlieb Rosztockii invitat)

11. Reinhardus, Joannes Carolus Gebhardus: Ord. juridici -- decanus: lecturis s. d. p. (ad disputationem Caroli Christiani Richteri invitat)

12. Reinhardus, Joannes Carolus Gebhardus: Ord. juridici --- decanus: lecturis s. d. p. (ad disputationem Caroli Friderici Trilleri invitat)

13.a Reinhardus, Joannes Carolus Gebhardus: De hypotheca feudali praecipua securitate commendabili

13b Tittmann

1782.

14. Trillerus, Carolus Fridericus: De jurisprudentia poëtarum

15. Wernsdorfius, Gottlieb: De periculo et commodo praedii venditi ante resignationem judicialem in Saxonia Electorali

16. Wiesandus, Georgius Stephanus: De ejus qui ex sponsa natus est successione in feudo.

17. Wiesandus, Georgius Stephanus: De facultate denominandi juraturos

18. Wiesandus, Georgius Stephanus: De cura bonorum absentis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0009-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0010-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0012-1

12.
1779 1

Q. D. B. V.

CAPITA IVRIS LECTA
DE

MARITI SVCCESSIONE IN BONA VXORIS VTENSILIA STATVTARIA AC COMMVNI

PRAESIDE

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO, D
TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.
ASSESSORE

IN AVDITORIO MAIORE

DIE VII. MAII A. R. S. cIↄ Iↄ CC LXXIX.

DISPVTANDI CAVSA
PROPONIT

IOANNES FIEBIGER
LOEBAVIA-LVSATVS.

VITEMBERGAE
LITTERIS TZSCHIDRICHIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0013-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0014-3

Theſ. I.

Quem admodum Ius Saxonicum Commune ſucceſſionem in bona vtenſilia ad ſolas feminas cognatione cum defuncta iunctas reſtringit, [a] et ab his omnes maſculos, praeter clericum filium ordinatum, excludit, [b] ita et maritum, licet alioquin heres vxoris mobiliaris exiſtat, tam hoc, [c] quam Electorale [d] repellit, adeo, vt ne quidem res capiat vtenſiles, cum pacto heres vxoris ex aſſe declaratus ſit, [e] nec petenti coniugis defunctae matri exceptionem compenſationis, aut iuris retentionis opponere queat. [f]

a) Ivs Prov. Sax. Lib. III. Art. 15. et Lib. I. Art. 27. Ivs Weichbild. Art. 23.

b) Ivs Prov. Sax. Lib. I. Art. 5. Ivs Weichbild. Art. 57.

c) Ivs Prov. Sax. Lib. I. Art. 31. et Lib. III. Art. 76.

d) Constit. Elect. 22. Part. III.

e) Horn. in Reſponſ. Iur. Claſſ. VIII. Reſp. 31. num. 5.

f) Wernher. Part. V, Obſ. 134. num. 7.

Theſ. II.

Complura tamen ſunt iura municipalia, quae ex dictis Ivris Weichbild. Art. 24. Willkühr bricht Land-Recht, iuri communi derogant, et maritum ad geradicam vxoris hereditatem vocant. Quae ſtatuta localia, de gerada vxoris marito lucranda, tum demum ius introducere, ſi a

Principe ſunt confirmata, aut conſuetudine legitima corroborata, probe obſervat BERGER. in Conſil. Iur. 56. et ILL. HOMMEL. in Rhapſod. Iur. Obſ. 154. n. 3.

Theſ. III.

In numerum ſpecialium referenda ſunt DRESDAE placita, g) ſecundum quae coniux res defunctae vxoris, quae neque filias, neque neptes ex iis reliquit, vtenſiles retinet, et ſolam geradam minus plenam proximis huius cognatis v. c. matri, aviae, ſororibus exhibet h). Iure quoque LIPSIENSI i) tori ſocius k), filiabus deficientibus, in totam vxoris ſuccedit geradam, iis vero extantibus a ſe ſimul natis, dimidiam partem ſtratorum lectorum et linteorum capit, et reliqua vtenſilia his reſtituit, totius vero geradae dimidiam vitrico privignae cedere tenentur l).

g) Vide STATVTA DRESDENS. cap. IX. §. 4. quorum verba legenda in HOFMANNI Statutis Local. de Gerada Part. II. pag. 330. Add. CHRPH. DONNDORFFII Diſp. *de ſucceſſione ab inteſtato ſecundum Statuta Dresdenſia.* Lipſ. 1723.

h) Si vero maritus lege municipali Dresdenſi vti vult, opus eſt, vt vxor aut civitatis iure fruita, aut incolis ſenatus iurisdictionis fuerit adnumerata, de quibus copioſius Statuta laudata cap. XVI. penes HOFMANNVM cit. loc. pag. 332.

i) STATVTA LIPSIENS. Art. 35. 36. et 37. apud HOFMANNVM alleg. Part. II. pag. 799. Et ſingulare eſt, quod Lipſiae cives Academiae eodem cum municipibus in Gerada acquirenda iure vtantur, cum hoc caput non ſolum a membris Academiae corpus conſtituentibus ſua ſponte receptum, ſed etiam a Principe anno MDCLXXII. confirmatum fuit. Iung. GOTHOFR. LEONH. IOECHERVS Diſp. *de ſucceſſione coniugum Lipſienſium.* Lipſ. 1731.

k) Secundum Ius Statutarium Lipſienſe veros et proprie ſic dictos cives tantum vivere poſſe, autumant CARPZOVIVS in Iurispr. Forenſ. Part. II. Conſt. 14. Def. 53. et BERGER. in Elect. Diſcept. For. Tit. XLV. Obſ. VI. n. 6. ſed fortioribus argumentis hoc ius municipale et ad incolas, qui propter tutelam Sena-

Senatus, ſub qua ſunt, et, vt commercia civica exercere iis liceat, cenſum aliquem ſolvunt, extendunt BARTHIVS de Gerada cap. II. §. 16. ſeq. *Exc.* SCHOTT. in Diſp. *de Succeſſione filiorum in res vtenſiles maternas ex iuribus civitatum Dresdenſis ac Lipſienſis*, cap. 2. §. 5. *Ill.* HOMMEL. in Rhapſ. Iur. Obſ. 154. n. 4.

l) Cum vero defuncta vxor ex priori et poſteriori matrimonio filias Lipſiae reliquiſſet, Scabinatus Lipſ. menſe Ianuar. 1694. hac reſpondit ratione: Daſs zwiſchen dem hinterbliebenen Ehemann und Toechtern die Gerade dergeſtalt zu theilen, daſs ſolche in gleiche Portiones, nach Anzahl derſelben, geſetzet, und von der Stief-Toechter Ratis die Helfte der vollen Gerade, von der leibl. Toechter Antheilen aber nur das halbe leinen Geraethe dem Witber überlaſſen werde. Vid. HOFMANNI Statuta Local. Part. II. pag. 806.

Theſ. IIII.

STATVTO WEISSENFELSENSI *m)* thalami ſociae Geradam ſolus maritus, iura civitatis nactus, lucratur, et ſi ad ſecunda vota tranſit, ab eius arbitrio dependet, quid filiae ſuperſtiti ex hac reſtituere velit. IVRE GORLICENSI *n)* in caſu deficientium liberorum integram vxoris geradam, iis vero exiſtentibus, eius dimidiam partem idem percipit. In ANHALTINATV *o)* mortua nobili coniuge ſine ſexus ſequioris prole tori conſors proximae cognatae, imo matri, loco geradae, tantum modo veſtes quotidianas defunctae, cum vna ex ceteris, iisque optimis, itemque linteis, quibus ad ſui veſtitum vſa eſt, attribuit, reliqua vtenſilia, vt et plumacia famulitii *p)*, ſibi acquirit.

m) Cap. VII. Art. 2. apud HOFMANN. lib. cit. Part. II. pag. 108. Legi hic meretur CHR. HANACCII Diſp. *de iuſtitia filiae in petenda gerada materna contra vitricum ſtatuto Weiſſenfelſenſi haud mutata.* Vit. 1750.

n) STA-

n) Statuta Görlicenſia vide penes Hofman. Part. II. pag. 577. ſeq. Iung. Fr. Philippi Diſp. *de ſucceſſione ab inteſtato ex ſtatuto Gorliceuſi*, cap. III. Sect. 3. §. I. Lipſ. 1703.

o) Anhalt. Ordinat. Prov. Tit. XXXVII. §. Begebe es ſich. Barth. de Gerada cap. II. §. 36.

p) Berger. in Reſponſ. Iur. Part. II. Reſp. 108. n. 6.

Theſ. V.

Succeſſio municipalis in bona vxoris vtenſilia viro non modo tunc, ſi illa mortua, ſed et in caſu doloſae deſertionis, aut adulterii commiſſi delata cenſetur. Constit. Sax. El. 26. Part. III. Barth. de Gerada cap. VII. §. 34.

G. Chr. Bastineller. Diſp. *de Vxoris iactura dotis, ſi maritum deſerit malitioſe*, §. 6. Vit. 1755.

Theſ. VI.

Vxor maritum ex ſtatuto locali ſuccedentem a rebus vtenſilibus, eas inter vivos alienando, in iſtius odium excludere, aut geradae delatae renunciare haud poteſt. Arg. Constit. Sax. El. 7. Part. III. Barth. in Hodoget. For. cap. III. pag. 632. Wernher. Part. I. Obſ. 95. n. 3.

Diſſentit Io. Conr. Stiegliz. in Diſp. *de eo, quod vxores in praeiudicium maritorum facere poſſunt* §. 13. Lipſ. 1711.

Theſ. VII.

Quoties gerada vniverſa marito ex ſtatuto competit, toties iſte, aliis bonis deficientibus, ex illa vxoris deſcendentibus et aſcendentibus legitimam praeſtare obligatur. Arg. Constit. Sax. El. 12. Part. III. Carpzov. Iurispr. For. Part. III. Conſt. 12. Def. 2. et 3. Berger. Elect. Diſc. For. Tit. XLV. Obſ. 6. pag. 1537. et in Reſp. 128. n. 9. Part. I. Wernher. Part. IV. Obſ. 175. Hartung. Diſp. *de imputatione geradae in legitimam*, Ien. 1713.

Theſ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0018-5

Theſ. VIII.

Iam quoque Iure Saxonico Communi maritum in ſucceſſione rerum vtenſilium, deficientibus vxoris cognatis, ex Edicto Praetoris, Vnde Vir et Vxor, fiſco praeferendum eſſe, ſpecioſis defendit argumentis BARTH. in Hodogeta Forenſi cap. III. pag. 642. At enim vero ſicut haec praetoria ſucceſſio in Feudis, Fideicommiſſis et Rebus Expeditoriis non obtinet, ita et in praeſenti ſingulari iuris ſucceſſione ob cauſas in Theſ. I. adductas plane exulare videtur. Conf. IVS PROV. SAX. Lib. I. Art. 28. CONSTIT. SAX. EL. 38. Part. III. Iung. Exc. SCHOTT. Inſtit. Iur. Sax. El. Sect. IV. cap. II. §. 1.

Theſ. VIIII.

Maritus iurisdictione patrimoniali et alta inveſtitus, ſi eius vxor ſine feminis cognatis decedit, geradam, fiſco delatam, acquirere nequit, ſed ea, cum maritus aliud plane forum ſua iurisdictione ſuperius agnoſcit, et vxor forum eius ſequitur, Principi potius cedit. Vid. ZIEGLER. de Iuribus Maieſt. Lib. I. cap. 29. §. 42. BEYER. Delineat. Iur. Germ. Lib. II. cap. 16. §. 70.

Theſ. X.

Hoc vero iuris indubitati, virum Iure Communi, ſive cognata, ſive fiſcus ſuccedat, de ſociae coniugalis gerada lectum genialem, velis linteis et indumento inſtructum, ſicut erat eo tempore, quo vxor moriebatur, nec non menſam cum mappa, manutergium, ſcamnum cum pulvinari, ſedile cum culcitra, omnia mediae bonitatis retinere. IVS PROV. SAX. Lib. III. Art. 38. IVS WEICH-

BILD.

BILD. Art. 23. BERGER. Oec. Iur. Lib. II. Tit. IV. Th. 40. n. 11. ibidemque ILL. WINCKLER. Add. ILL. HOMMEL. in Rhapſ. Iur. Obſ. 438. ſub voce: Ehebette. Si maritus diverſis locis domicilium habuit, quolibet loco res denominatae, quas ibi habuit, BARTH. de Gerada cap. I. §. 5. imo ſaepe ex ſtatutis locorum v. c. Statuto Acad. Vit. Art. VI. plures ipſi debentur. Vid. HOFMAN. Satut. Local. Part. II. pag. 277. ſeq.

Theſ. XI.

Mortua matrimonii ſocia, ſuperſtes vir ex bonis vtenſilibus iure communi nihil ſive cognatae, ſive fiſco reſtituere debet, quam ea bona tantum geradica, quae vxor initio ad maritum, cum ei nuberet, attulit, aut conſtante matrimonio aliunde v. c. per mortem cognatae acquiſivit, in ceteris a marito de ſuo comparatis et coniugi traditis, quae ad ornatum muliebrem ſpectant, cognata et fiſcus nihil iuris habet, ſed vxor commodataria, et maritus ſuperſtes dominus praeſumitur. BEYER. Delin. Iur. Germ. Lib. II. cap. 15. §. 14. et 61. WERNHER. in Enunc. Iur. Part. I. En. 10. Praedefuncto vero marito, vxor et haec ornamenta, quae in poſſeſſione et cuſtodia habuit, recipit et lucratur, et ſi poſt mariti obitum evincuntur, eius heredes viduae praeſtant evictionem. MOLLER. Semeſtr. Lib. I. cap. 32. BARTH. de Gerada cap. V. §. 4.

ULB Halle 3
004 058 02X

56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0021-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0022-7

Q. D. B. V.

CAPITA IVRIS LECTA DE MARITI SVCCESSIONE IN BONA VXORIS VTENSILIA STATVTARIA AC COMMVNI

PRAESIDE

CHRISTIANO GOTTLIEB HOMMELIO, D

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. PVBL. ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB. ASSESSORE

IN AVDITORIO MAIORE

DIE VII. MAII A. R. S. cIↃ IↃ CC LXXIX.

DISPVTANDI CAVSA

PROPONIT

IOANNES FIEBIGER

LOEBAVIA-LVSATVS.

VITEMBERGAE

LITTERIS TZSCHIDRICHIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-261239-p0023-2